









1774

\*

- 1<sup>a</sup> Funcklers, Iohannes Gottliebicus : Programma, quo ordinarius senior, reliquique doctores facultatis iur. solemnia Doctoralia Iohann Gottliebici Funcklers indicant.
- 1<sup>b</sup> Hohenkhal, Petrus Corvinus Garlickius, f. b. ab : Rhapsodie supplementa. Programma, quo ordinarius senior ceteri que doctores fac. iur. solemnia Doctoralia Petri Corvini Garlickii f. b. ab Hohenkhal indicant.
2. Windius, Iohannes Adamus Theophilus : De pecunia fundali [Lehn. Nennm]. Programma, quo ordinarius senior et reliqui doctores fac. iur. solemnia Doctoralia Iohannis Adamus Theophilici Windii indicant.
3. Waydorff, Iohannes Fridericus Augustus : Rhapsodicae supplementum. Programma, quo ordinarius senior ceterique doctores fac. iur. . . . solemnia Doctoralia Adami Friderici Augusti a Waydorff indicant.

1774

177

4. Antes, Cornelius Gallus: *Nec abs tageis  
5. Antes, Cornelius Gallus: De dato diplomatum  
regum et Imperatorum Germaniae.*

13.

6. Böse, Ernestus Gallus: *De morbis mentis  
dilecta excusantibus.*

14.

7. Breuning, Christianus Henr.: *An remunare crebat  
hereditati, si collatio in testamento patrem  
improval sit?*

15.

8. Breuning, Christianus Henr.: *An sublocari sumit agere?*

16.

9. Breuning, Christianus Henr.: *An vendito nulliter  
pignore a creditore Ichitum sit extictum?*

17.

10. Breuning, Christianus Henr.: *An quarta Falsidet  
heredi ab herede in re singulari instituto praestante*

18.

11. Breuning, Christianus Henr.: *An in dolo romens deri  
ponit?*

19.

12. Breuning, Christianus Henr.: *An id interit in fun-  
dam et usum fructuum fundi in potem datum?*

20.

1774

13. Breuning Christianus Huc : An proo juri de chancis  
hypothecis facta compedit in bonis proprietatis et de tractum?
- 14 Breuning, Christianus Huc : Tuas videt et uoces  
principis ex rationibus iuris publici universalis
- at 15<sup>o</sup> Breuning, Christianus Huc : An habitatio sit seru-  
sus juri cirtis?
16. Breuning, Christianus Huc : An impubes negotiorum  
gestor esse possit?
17. Breuning Christianus Huc : An exceptio Senatus  
Consalii Macedoniani noceat chirographos  
filii familias, sicut in conuersatione in filii  
ut in laken mentio facta.
18. Linckius, Christianus Gottlob : De discursu juri patricii  
et subiectarii in questione: ubiam substitutione  
popillari mater jure pehendi legitimam privatam?
19. Linckius, Christianus Gottlob : Utile habet juri discursus  
durante ad huc curia insitum non posse occasus 1.2. V.  
14 P. Seaduinitate. huius. curial.

1774.

20. Funcklerus, Joannes Gottlieb: Testamento, quo  
quis blanditiis invitatus con*n*ost*r*, invalido.  
21. Hohenbach, Petrus Cornelius Gustavus, l. b. ab: De ambi-  
tus politiae ejusque & justitiae discrimine.  
22. Hommel, Cornelius Ferdinandus, fac. iur. procuratella  
ris: Rhapsodice supplementa. Programma, qui  
solennia doctoralia Joh. Ernesti Gallotii Hickler,  
indicat.  
23. Hommelius, Cornelius Ferdinandus, fac. iur. ordinarius  
Rhapsodice supplementa.  
24. Hommelius, Cornelius Ferdinandus: Rhapsodie sap-  
plementa.  
25. Hommelius, Cornelius Ferdinandus: Rhapsodice  
supplementa.  
26. Hommelius, Cornelius Ferdinandus: De praevaricatione  
et custodia animalium perperum facientium.  
27. Klinckius, Joannes Edm. Theophilus: De beneficiis  
iure curiae concessis et cumque a fundis discriminis

1774.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

273.

274.

275.

276.

277.

278.

279.

280.

281.

282.

283.

284.

285.

286.

287.

288.

289.

290.

291.

292.

293.

294.

295.

296.

297.

298.

299.

300.

301.

302.

303.

304.

305.

306.

307.

308.

309.

310.

311.

312.

313.

314.

315.

316.

317.

318.

319.

320.

321.

322.

323.

324.

325.

326.

327.

328.

329.

330.

331.

332.

333.

334.

335.

336.

337.

1777.

28. Play, batonianus Gas'bicum, fac. jas. procurator:  
De uno semper mortifera fasciculi ambitio' alio inter-  
missa delegatione.
29. Puchmannus, Tovis Ludovicus Ernestus, fac. jas. pro-  
cancellarius: De fundi proprie' abusum omissione.
30. Puchmannus, Tovis Ludovicus Ernestus: Responsabilibus  
intra tempus lactus initis.
31. Puchmannus, Tovis Ludovicus Ernestus: De ineptis  
morientium voluntatis.
32. Puchmannus, Tovis Ludovicus Ernestus: Inscriptio  
ad l. 16 P. de ineffic. testar.
33. Puchmannus, Tovis Ludovicus Ernestus: De corona  
nuptiali' vi compressa' hanc deneganda.







*Vol. No. II.*

*98  
1774,7.*

QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI

AN

RENVNCIARE LICEAT  
HEREDITATI, SI COLLATIO  
IN TESTAMENTO PATERNO  
IMPERATA SIT.

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBURGENS.

S O C I O

I N A V D I T O R I O I V R I D I C O

DIE XVIII IVNII, ANNO C I C I O C C L X X I V .

D E F E N D E T

C A R O L V S F R I D E R I C V S A V G V S T I N

STOLBERG, MISNIC.

---

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

W W W 35

OPTIMA ZO.

WISDOM



A N  
RENVNCIARE LICEAT  
HEREDITATI, SI COLLATIO IN  
TESTAMENTO PATERNO  
IMPERATA SIT.

S. I.

 Cum Praetor, vt ipsi mos fuit, turbato succedendi ab intestato ordine, praetextu aequitatis succurreret emancipatis per bonorum possessionem, quam iisdem dare promiserat; et cum emancipatos cum suis coniungeret, vt aequalitatem seruaret, inter eos *collationem* introduxit. Cum enim antiquo iure ante inuenta peculia praecipue aduentitia quicquid liberi acquirebant, non sibi, sed patri acquirent, contra emancipati proprium acquirerent sibique haberent patrimonium, sane in diuidunda hereditate paterna inter suos et emancipatos liberos, melioris fuissent conditionis emancipati, qui simul partem acquisitorum a suis accepissent, vbi sibi haberent sua acquisita. Ne ergo haec inaequalitas existeret, iussit Praetor, vt quae post emancipationem sibimet acquisissent, ad paternam conferrent hereditatem. Breuius rem exponit **VLPIANVS** in *L. i. π. de collat.* Ait: *Cum enim*

A 2 Prae-



*Praetor ad bonorum possessionem contra tabulas emancipatos admittat participesque faciat cum his, qui sunt in potestate, bonorum paternorum: consequens esse credit, ut sua quoque bona in medium conferant, qui appetant paterna. Cessabit ergo collatio, si nullis heredibus suis existentibus soli emancipati per bonorum possessionem succederent, tunc enim nulla inaequalitas metuenda, cum utriusque suum sibi haberent patrimonium.*

### §. II.

At postquam, quae de peculiis aduentitiis sancita sunt, causam collationis mutarent, cum sui, quae aduentitia habebant, mortuo patre separarent, non opus amplius fuit, ut emancipati sua conferrent, quae post emancipationem acquisuerant. Retinuere tamen leges collationem, sed ad sola profectitia bona applicatam, neque id inique factum arbitror, cum, quam Praetor introduci iuris sui causam dederat, quae generalis, simul applicari posset mutata antiqua specie ad causas profectiorum bonorum. Neque mirum, populares nostros ex romano iure hanc ipsam doctrinam de collatione receperisse, cum ratio illius iuris a nostris moribus non abhorreat.

### §. III.

Sed sicuti paucissimae paginae ron ferant, ut omnem collationis doctrinam absoluere queamus, cause saltem litigiosae speciem enarrabimus, atque, quid nobis iuris esse videatur, decisionis loco adiiciamus. Pater tres filios, unam vero filiam reliquit, condito ante mortem valido testamento, in quo liberos suos, videlicet tres filios filiamque heredes scripsera, addita clausula, ut, quo prefecta inter eos esset aequalitas, singuli accepta sua seu profectitia conferrent, quae singula singulorum a se recte et bona fide consignata essent, et, si quae praeter opinionem oblitus esset, velle, ut singuli ea bona fide indica- rent.



rent. Appertis testamenti tabulis, cum filia, quae ab ipso patre elocata esset, dote ampla constituta, nollet agnoscere ultimam patris voluntatem, ut collationem euitaret, maluit repudiare paternam hereditatem. Fratres vero, qui parum profectioniorum a patre acceperant, nolebant, ut soror hereditatem paternam, repudiaret, negantes, id ipsi licere posse, cum paternae voluntati parendum sit. Videamus itaque: *an renunciare nihilominus liceat hereditati paternae, si collatio in testamento paterno imperata sit.*

#### §. IV.

Si legum argumenta sequimur, facilis videtur quaestio-  
nis decisio. Nam quamvis, qui sui heredes, ipso iure heredes erant, nec hereditatem patris repudiare poterant; succurrunt tamen Praetor dato *beneficio abstinenti* ab hereditate paterna, quod beneficium effectu dein a repudiatione non differt, neque ademta est, imo magis concessa libertas petendi beneficium abstinenti. Neque itaque cogi poterant liberi sui heredes, ut necessario se immiscere deberent hereditati paternae, sed liberum esse debebat, implorato Praetoris auxilio ab hereditate abstinere paterna. Iam cum collatio ab iis fieri debet, qui sunt heredes, negandum non videtur, cum heredem, qui abstinuit ab hereditate, effectu heredem non esse, sicut ad conferendum cogi non posse. Praeterea licet patris autoritas adsit, qui in testamento iussérat ut, liberi conferrent, tamē hic iussus tantum heredes obstringit, qualis esse nequit, qui repudiauit, seu ut rectius dicamus, abstinuit ab hereditate paterna.

#### §. V.

Adest adhuc legum autoritas. Sic PAPINIANVS in L.  
8. π. de dot. collat. scribit: *Pater nubenti filiae quasdam res praeter dotem dedit: eamque in familia retinuit: ac fratribus sub condicione, si dotem, et caetera, quae nubenti tradidit,*

A 3

contu-



contulisset, coheredem adscripsit. Cum filia se bonis abstinuisse, fratribus res in dotem datas vindicantibus exceptionem dol placuit obstatre: quoniam pater filiam alterutrum habere voluit. Evidem pater voluerat, ut conferret profectitia a patre, nihilominus Praetor beneficium abstinenti dederat, et Ictus filiam exceptione dolis tuetur, quoniam conferre cogatur. Nec ab hac sententia alienus est TRYPHONINVS in L. 9. T. eod. Fuit, inquit, quaestio[n]is an si sua heres filia patri cum fratribus, contenta dote, abstineat se bonis, compellatur eam conferre. Et Diuus Marcus rescripsit, non compelli abstinentem se ab hereditate patris. Obstatre quidem videtur Rescriptum Imperatoris PHILIPPIN L. 7. C. de collat. cuius haec sunt verba: Filiam testamento patris institutam heredem, fratribus iisdemque coheredibus dotem conferre non oportere, nisi pater hoc ipsum specialiter designauerit, explorati iuris est. Re vero attente perspecta, rescriptum nihil disponit de prohibito beneficio abstinenti ab hereditate paterna, et magis eam tractat speciem, qua filia patris heres cum fratribus existebat, quae nostrae speciei est contraria.

### §. VI.

Ex his itaque argumentis potest adfirmari, posse renunciando hereditati paternae liberare se filium filiamque a necessitate conferendi profectitia. Limitant plerumque Iurisconsulti, nisi reliqui liberi laedantur in legitima, si, ut a collatione immunitis fiat, renunciet hereditati. Probationem ducunt ex NOVEL. XCII. cap. I. Causa est, quia is fauor legitimae, ut liberis, nisi iusta exheredationis causa adsit, adimi nequeat, neque donatio subsistat, qua legitimae liberorum vis fiat.

### §. VII.

Sicuti vero haec species magis ad illud sese referunt caput, ubi pater collationem haud praecepit, atque eam, quae est inter



inter liberos natura, aequalitatem collationem haud statuit. Sed videndum est, an patris auctoritas forsitan maiorem vim habeat, si expresse suam voluntatem declarauerit pater. Evidem, si ex humanitatis atque aequitatis rationibus quaestio decidenda sit, sine dubio defendi posset, non admittendam esse filiam ad renunciationem hereditatis paternae, cum ipsius sit, venerari patris defuncti memoriam suo obsequio, quod fiet, si quae accepit, ex illius arbitrio confert, et voluntati patris paret. Est praeterea non negandum, posse inaequalem statuere patrem bonorum suorum inter heredes diuisionem, neque liberis licere conqueri, si vni eorum maiorem partem, alteri minorem reliquerit parens; quidni et possit pater aequas partes statuere habendas. Si ergo contingat, ut tantum ex suo patrimonio in unum liberorum suorum contulerit, ut si reliquum patrimonium diuidatur, licet abstineat, qui maiorem patrimonii paterni partem acceperat, reliqui multo minorem partem habituri sint, quidni recte iubeat pater, ut qui plus ceperat ex paterna liberalitate, conferat, quo reliqui aequalem portionem accipere possint. Iniquum ergo foret, si statuamus, posse repudiando hanc paternam dispositionem inutilem reddere, reliquosque fratres, quibus tamen aequali partem pater tribuerat, sua aequali portione defraudare. Neque videtur contraria esse *Papiniani* supra allegata autoritas. Non enim expresse dicit de ea filia, quae multo maiorem partem bonorum acceperat, ut reliqui minori contenti debeant esse fratres, quos tamen aequales pater esse voluerat, sed poterat eam concepisse sibi speciem, qua filia adhuc quae-dam habitura fuisset ex bonis atque hereditate paterna, collatione facta. Dein, cum patri liceat liberalitates in liberos collatas ante mortem reuocare, quid ergo, si dicamus, ubi pater expresse collationem praecepit, quo liberi habeant aequales partes, inesse in hac dispositione tacitam reuocationem eorum honor-



bonorum, quae ultra aequalem hereditatis portionem sunt. Neque obstabit, quod ea demum renunciatio hereditatis prohibita, si reliqui laedantur in legitima. Haec ita vera erunt, si pater expresse ob aequalem hereditatis suae partitionem collationem non exegerit, imo magis ab intestato liberi succedant.

### §. VIII.

Dein cum renunciatio, quae in fraudem alterius sit, vix legibus comprobatur, cum dolo nunquam adstant leges, quid impedit, quominus dicamus renunciationem hereditatis, seu repudiationem illicitam fore, cum, qui scit, se maiorem bonorum paternorum partem accepisse, et ideo repudiat, ne aequali quantitate fruantur ex bonis paternis reliqui liberi, nunquam fraude carere posse. Neque a dolo liber erit, qui cum scit, patrem voluisse, ut singuli suorum liberorum aequalem portionem hereditatis habeant, nihilominus repudiat, quo eam portionem haud capiant, quum ipse tamen ex liberalitate patris commodum maius habere cupiat. Et quamvis nemo in regula ad adeundam hereditatem cogi possit, vt est in L. 76. C. de iure deliber, tamen alia causa est liberorum, quibus pater legem dicere poterat intuitu suorum bonorum, et si dolo fraudeue fiat, vt quis abstineat ab hereditate paterna, non absolum esse videtur, coactioni locum dare, quo alter abstinendo haud defraudetur. Caeterum repudiet ergo filia hereditatem patris, dummodo, quae ultra patris voluntatem habitura sit, paternae haereditati restituat. Sed haec ex aequitatis ratione. Si de stricto iure quaeramus, maiorem rationem tribuam autoritati Papiniani. Neque dolo agere videtur, qui, quod lex permittit sc. abstinere ab hereditate paterna, peragit, quamvis fiat cum alterius incommodo,



V  
D  
A8

ULB Halle  
002 689 030


3





B.I.G.

Black



**Farbkarte #13**

PL. II. n. 11.

38.  
17747.

QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI

A N

RENVNCIARE LICEAT  
HEREDITATI, SI COLLATIO  
IN TESTAMENTO PATERNO  
IMPERATA SIT.

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVSEBVRGENS.

S O C I O

I N A V D I T O R I O I V R I D I C O

DIE XVIII IVNII, ANNO C I C I O C C I L X X I V .

D E F E N D E T

C A R O L V S F R I D E R I C V S A V G V S T I N

STOLBERG, MISNIC.

---

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

